Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ad domo dni. Uiuant autem secundum dm spu: quia & in ipso fuerant mortificati· cum morte infidelitatis & impi&atis d&inerentur ·,

Haec expositio uerborum p&ri· cui displic& uel cui &iam si non displic& non tamen sufficit· quaerat ea scdm inferos intellegere; Qui si ualuerit illa quib: me moueri supra commemoraui ita soluere· ut eorum auferat dubitationem· impertiat & mihi ·, Quod si factum fuerit· poterunt illa uerba utroq: modo intellegi· Ista sententia de nulla falsitate conuincitur; Ad illas autem quaestiones quas ante misisti· excepta diuisione per corpus· unde maius opus moliendum ē· ut potui respondi· & per asellum diaconum misi· quod te accepisse iam puto; In recenti autem commonitorio tuo cui nunc respondi· duo quaesieras· quorum utrumq: tractatum ē; Unum latius· alterum breuius· De p&ri scilic& apostoli uerbis· & de anima dni; exemplum sane litterarum tuarum quae continent interrogationem· utrum ds substantia corporaliter uelut in loco uideri possit· & apud nos nescio quomodo aberrauerunt· Nec inueniri cum diu quaererentur potuerunt· Iterum ammoneo mittere ne grauaueris ·,

EXPLICIT EPISTOLA SCI AGUSTINI AD EUODIUM·

V· IT· INCPT EPL SCI AGUSTINI · AD PROBAM·   De orando do:

Augustinus eps seruus xpi seruorumq: xpi religiosae famulae di probe in dno dnorum salutem· & p&isse te & pmisisse me recolens ut de orando do ad te aliquid scriberem· ubi tribuente ipso quem orare mus tempus facultasque concessa est· Oportuit ut debitum meum iamiamq: persoluerem· & pio studio tuo in xpi caritate seruirem· Quam autem la&ificauerit me ipsa p&itio tua· In qua cognoui quantam rei tantae curam geras· Uerbis explicare non possum· quod enim maius oportuit ēē negotium uiduitatis tuae quam persistere in oratione nocte ac die scdm apti ammonitionem; ille quippe ait ·,

Quae autem uere uidua est & desolata sperauit in dno & psistit in orationi nocte ac die· unde mirum uideri potest· Cum sis scdm hoc scdm nobilis·